



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Matthæus Grimes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Fides.

seruiuit; & Sacerdotis (cùm abesset) vices, quâ licuit, populo in fide confirmando, suppleuit. Nangasachi vxore mortuâ viduus, operam suam Societati addixit, fidelis catechista, & operarius impiger. P. Camilli Constantij comes, in carcere Ikinoscimano Societatem à Preposito Prouinciali per literas impetrauit, à Camillo commendatus atque admisus; & postridiè in fidei odiû cedendus, vota, de Societatis more, concepit. Camillus flammis, Augustinus ac socij securi cecidère, corpore in mare abiecto.

P. Matthæus Grimes.

Magnâ impigritate, periculorumque contemptu in Anglia sagax, & ad sacras operas planè factum ingenium,

*Gallus.
Londini.
11. Aug.
1650.
ætat. 42.
Soc. 18.*

nium, diu exploratorum solertiam exercuit, & elusit. *Fides.*
 Tandem in suspicionem, quòd Sacerdos Catholicus esset, vocatus, per plures menses in custodiâ tentus, ibi ærumnis ac situ consumptus est; lætus quidem quòd in causâ tam nobili, sed ad cruentam eadem de causa mortem desiderio toto impensè anhelans.

P. Ioannes la Garde.

A sexto tirocinij sui mense ad vndecimum vsque in Societate, id est postremum, annum, nullâ mentis inconstantiam inter orandum vagatus est; animo mirificè in Deum semper intento. *Gallus. in pago S. Riani. 15. Aug. 1622. etat. 27. Soc. II.*
 Castissima in moribus eius tranquillitas ac suauitas elucebat, nullo fuce obscurata, nullâ commotiunculâ perturbatur.

Oratio.